



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Abbati De Bazaco Xantonensis diocesis, & Eliæ de Græcia Engolismensi
Canonico.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

possent omnino latere, fortassis omnipotens Deus suum in eum terorem immittere, & benignè rogatus ostendet facere se spontaneum quod dure compulsus facturum se putaret invitum. Vnde volumus & mandamus quatenus cum nuntiis nostris viros providos & fideles ad eum facias destinari, qui apud ipsum nostrum studeant promovere mandatum. Interim autem carissimum in Christo filium nostrum Iohannem Hierosolymitanum Regem illustrem & tam Hospitalis quam militiæ Templi fratres, cum peregrinis pariter & indigenis, ad defensionem & custodiam hujus terra prudenter moneas & inducas; ne, quod avertat Dominus, ei quicquam adversi valeat evenire, divino semper auxilio invocato. Quia verò tuam nobis præsentiam ad hoc salutare propositum exequendum valde creditimus necessariam, immo quam maximè fructuosam, fraternitatem tuam rogandum duximus & monendam, per apostolicam scriptam mandantes quatenus, si videris posse fieri absque gravi dispendio terræ sanctæ, præfixum ad universale Concilium celebrandum quam citè poteris fatigas terminum prævenire, ducens aliquos viros tecum in consilio providos & in commissione fideles, qui plenè noverint circumstantias causarum & rerum, temporum & locorum, quibus undique circumspectis, ad liberationem hereditatis dominicæ utilius intendere valeamus. Tu denique, venerabilis frater in Christo, tuarum nobis apud iustissimum judicem & piissimum patrem orationum impetrare suffragium, quo plurimum indigemus.

*NOBILI VIRO SAPHILDINO
Soldano Damasci & Babylonie, timorem
divini nominis & amorem.*

Epi. 37.
Epsidem ferè
argumenti cù
laetiori.
Daniele Propheta testante didicimus quod est Deus in celo, qui revelat mysteria, mutat tempora, & transfert regna; ut universi cognoscant quod dominatur excelsus in regno hominum, & cui voluntur dabit illud. Hoc autem evidenter ostendit quando Hierusalem & fines ipsius in manus fratris tui tradi permisit, non tam propter ejus virtutem quam propter offendam populi Christiani Deum ipsum ad iracundum provocantis. Nunc autem ad illum conversi speramus quod ipse miserebitur nostri, qui secundum Prophetam cum iratus est, non obliviscitur misereri. Vnde illum imitari volentes qui de se dicit in evangelio, *Discite à me quia misericordia humilis corde, magnitudinem tuam sum* & humilis corde, magnitudinem tuam

Tom. II.

humiliter obsecramus quatenus ne propter violentam detentionem prefata terra plus adhuc effundatur humani sanguinis quam hactenus est effosum, saniori utens consilio restituas eam nobis, de cuius detentione, præter inanem gloriam, forte plus tibi difficultatis quam utilitas accrebat; ipsaque redditia, & dimissis utrinque captivis, quiescamus à mutuis impugnationum offendis; ita quod apud te non sit deterior conditio gentis nostra quam apud nos est conditio gentis tua. Latores ergo præfati ad tuam præsentiam destinatos rogamus ut benignè suscipias & honestè pertraees, dignissimis responsum tribuens cum effectu.

*ABBATI DE BAZACO
Xantonensis dioecesis, & Eliæ de Grecia
Engolismensi Canonico.*

Ex vestris accepimus litteris quod cum Epist. 38. ordinatione de quibusdam præbendis in Ecclesia Xantonensi vacantibus vo- De collatione præbendarum. bis duobus & dilecto filio Abbatii de Talemundo duxerimus committendam, .. Archidiacono & A. Fulcerio Canonico Xantonensibus, instantibus volbis duobus, tertio per litteras excusato; ut mandatum apostolicum impleretis, pars Capituli facultatum insufficientiam allegavit, producens nihilominus quoddam privilegium felicis recordationis Alexandri Papæ prædecessoris nostri, per quod ei videbatur indulsum ne plures recipere cogerentur quam suppetent Ecclesiæ facultates. Vos tandem, auditis hinc inde propositis, de assensu partium ipsum negotium cum attestationibus quas ad presentationem Capituli receperitis de insufficientia facultatum & transcripto memorati privilegij vestris sigillis inclusis ad sedem apostolicam remisistis. Cum autem nobis fuerit pro Capitulo supplicatum ut secundum hoc dignaremur illi Ecclesiæ providere, discretioni vestra per apostolica scripta mandamus quatenus inquisita super præmissis plenius veritate, de omnibus vel aliquibus præbendarum illarum secundum facultates Ecclesiæ ordinatis juxta cursum in Xantonensi Ecclesia consuetum. Quod si forte de omnibus vel aliquibus ne quiveritis ordinare, ordinationem ipsam usque ad tempus Concilij differatis; præfato Capitulo injungentes ut tunc nuntios mittant ad nostram præsentiam speciales, super hoc mandatum apostolicum recepturos. Nullis litteris veritati & justitia præjudicibus &c. Tu denique, fili Abbas, super te ipso &c. Datum Laterani 11. Non. Junij, pontificatus nostri anno xvi.

D D d d